

LI.

III

**I**sta est distinctio. r. huius tertij libri. In qua magister postquam egit de additionibus sequentibus actus unionis quo ad naturam videntem et unitam. Agit de additionibus eiusdem quo ad personam in qua dicitur unio nem esse facta. Et tria facit. Primo. n. agit de personae litate que pertinet ad dignitatem nature. Secundo de adoptione que pertinet ad dignitatem gratie. Tertio de destinatione que attinet dignitati glorie. Primo videtur quod ibi. Si vero querit. Secundo videtur ibi. Deinde si querit. Tertium videtur ad finem distinctio. In speciali ista magister stat in tribus propositionibus. quarum prima est haec. Quis christus ut homo sit humane nature indivisa substantia. idem in se quod homo non est aliqua persona. Hanc insinuans magister querit. An christus finis quod homo persona sit. Et quod sit persona arguit sic. Nam christus finis quod homo est aliquid. aut igitur est substantia aut aliud non aliud. & substantia. sed non substantia irrationalis. ergo rationalis. cum ergo omnis substantia rationalis sit persona. quod finis Boetium. persona est rationalis nature indivisa substantia. sequitur christus finis quod homo esse personam. In contrarium arguit sic. Si christus finis quod homo esset persona ipsa esset tertia persona in trinitate non alia. sed cum illa sit deus. igitur christus finis quod homo esse deum. prosequens est falsum. igitur illud ex quo sequitur seu inferitur. sed hoc est assumptum. ergo etc. Et respondens magister dicit non esse procedendum christus finis quod homo esse personam. quia dicitur quod sic. tunc verbum non naturam. sed personam assumpsisset. quod est falsum. ideo christus finis quod homo non est dicendus persona vel aliquis. nisi forte ista propositio finis christus deponeret unitatem persone. et hoc patet in ista ubi etiam ponit multiplicem exceptionem huius propositionis. Postea magister soluit argumentum factum in oppositum dicens istam sequentiam non valere. christus est substantia rationalis. ergo est persona. quia persona dicitur quasi res personans et non alteri coniuncta. quod non est verum de natura humana in christo. Et alio etiam dicit sequentiam illam non valere. quod distinctio persone in argumento allegato non convenit divinis personis. licet alijs bene conveniat. et sic relinquunt non fore procedendum quod christus finis quod homo sit persona. Contra hoc iterum opponit sic. Christus finis quod homo est prodestinatus ut sit filius dei. sed finis quod est filius dei est persona. igitur finis quod est homo est persona. Et respondens magister dicit antecedens esse multiplex. quod ly finis cum reduplicatione potest cadere. vel super destinationem: et sic assumptum est verum. sed argumentum non valet. vel potest cadere super filiationem. et sic argumentum est bonum sed assumptum est falsum. Secunda propositio est haec. Filius virginis temporalis non est dei filius adoptivus sed naturalis. Hanc magister intendens querit. An christus finis quod homo sit filius adoptivus. Et respondens dicit christus esse filium non adoptione: sed natura. non enim sic dicitur filius natura: sicut dicitur deus natura divinitatis. filius vero naturaliter pro pietate natiuitatis. vel dicitur deus natura formaliter. et filius natura originaliter. Et quod non est filius adoptivus pater. quod pater non fuit non filius. et postea in filium adoptivus: sicut homines in filios adoptant. sed tempus fuit filius: ergo non adoptivus. Sed contra hoc arguit sic. Christus est filius dei natura: et filius virginis per generationem cum igitur esse filium per gratiam sit esse filium adoptione: videtur certe quod finis quod homo sit filius adoptivus. Et respondet quod licet sit filius virginis simul per naturam et gratiam unionis. et hoc non potest dici filius adoptivus. cum non sit filius virginis per gratiam adoptionis. et hoc probando magister allegat sanctorum autoritatem. Tertia propositio est haec. Filius dei qui finis quod deus est pro nostra salute temporaliter incarnatus. et finis quod homo eternally prodestinatus. Hanc magister insinuans querit. An christus natura vel persona in christo sit prodestinata. Et re-

spondendo dicit quod videtur. nam persona fuit prodestinata. ut scilicet ens homo fieret filius dei: et tunc militer natura ut videret verbo dei in unitate persone. Et in de sententia huius distinctionis in speciali.

**U**trum christus sit creatura siue creatus vel factus.

**D**ebet etiam queri utrum debeat simpliciter dici atque procedi christus esse factus vel creatus vel creaturam. Ad quod dicitur potest hoc simpliciter et absque determinatione minus congruenter dici. Et si quis breviter causa simpliciter denunciet. nunquam tamen simpliciter debet intelligi. quia ut Augustinus in libro de tri. ait. Cum de christo loquimur quid finis quod quid et propter quid dicat prudens et diligens: ac pro lector intelligere debet. Qui christus vel dei filius non esse factus vel creaturam in primo libro de tri. ostendit ita in quibus. In principio erat verbum. et verbum caro factum est. et omnia per ipsum facta sunt. Neque dicitur omnia nisi que facta sunt. et omnem creaturam. Et si liquide apparet ipsum factum non esse. propter quod omnia facta sunt. et si factus non est: creatura non est. Si autem creatura non est. eiusdemque pro substantie est. Omnis enim substantia que deus non est: creatura est et que creatura non est: deus est. Sed si filius non est eiusdemque substantie cuius pater. ergo substantia est. et si facta substantia est: non omnia per ipsum facta sunt. Et omnia per ipsum facta sunt: facta ergo substantia non est. sed vna cum pro infecta substantia est. Item in eodem. Si vel filius fecit pater que non fecit ipse filius. non omnia per filium facta sunt. Et omnia per filium facta sunt. Ipse ergo factus non est ut cum patre faceret omnia que facta sunt. Idem in libro de xxxij. questionum. Dicitur creatura quicquid fecit pater deus per filium. qui non potest appellari creatura. quoniam per ipsum facta sunt omnia. Ambrosius in libro de tri. Probemus inquit creaturam non esse dei filium. Audiuimus enim in euangelio dominum mandasse discipulis. Predicite euangelium universae creature. Qui universalem creaturam dicit nullam excipit. et ubi sunt quae creaturam christum appellant. Nam si creatura esset: sibi mandaret euangelium predicari. et subiectus esset vanitati. quod testatur apostolus. omnis creatura vanitati subiecta est. Non ergo christus creatura est sed creator. quod docente creature discipulis mandat officium.

**D**e perfidia et pena Arrij.

**A**rrij hec fuisse perfidia legitur ut christus creaturam fateretur. Ideo effusa sunt Arrij viscera atque crepuit medi-